



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XLIII. Die Markgrafen Ludwig und Ludwig der Römer verleihen dem ältern Hasso von Wedel das Eigenthum an seinen Mühlpächten in Dramburg, am 19. Juni 1350.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXI. Markgraf Ludwig bevollmächtigt seine Neumärkischen Landvögte und die Stadt Frankfurt, mit seinen Gegnern Vergleiche einzugehen, im Jahre 1349.

Autoritas data est capitaneo domini ad placitandum cum ciuibus.

Item littera data est Haffoni seniori, Haffoni de valkenburg, Bethkino de Ost, Hen. et Arnolde de vchtenhayn, domino Thiderico Morner et Ottoni, fratri eius, Johanni de Wedel, capitaneo transfoderam, capitaneo terre et aduocacie Lubucensis, et consulibus ciuitatis vranckenforde plena facultas data est, quod poterint milites, militares et ciuitates marchie, que se hactenus domino opposuerant, reformare, et qualiter ipsos reformauerint, id vult ratum tenere.

Aus Sachwiz'scher Abschrift.

XXII. Markgraf Ludwig verleiht der Gattin des Ritters Wedego von Wedel das Dorf Kannenberg zum Leihgedinge, am 17. Mai 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. contulimus etc. honeste matrone Alheydi, strenui militis wedegonis de wedel, fidelis nostri dilecti, conthorali legitime, villam Kannenberg, sexaginta sex mansos habentem, cum omnibus singulis mansis, agris, pascuis, pratis, lignis seu rubetis, dicte ville pertinentibus, et similiter cum pleno iure, prout idem wedego miles habuit ipsam et habet actenus, in antea per vite sue tempora iusto pheudi titulo quiete seu pacifice possidendam. In cuius etc. Testes Haffo senior, Haffo junior de Vchtenhagen, Hen. de Vchtenhagen, Bombrecht cum ceteris. Datum Soldin, Anno M° CCC° L°, feria II ante pentecostes.

Aus Sachwiz'scher Abschrift.

XXIII. Die Markgrafen Ludwig und Ludwig der Römer verleihen dem ältern Haffo von Wedel das Eigenthum an seinen Mühlpächten in Dramburg, am 19. Juni 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc., Ludovicus etc., intuitis et consideratis meritis et fideiis obsequiis, nobis per strenuum militem Haffonem seniore de wedel, fidelem nostrum dilectum, exhibitis fideliter et inpenis, et vt merita fidelium cum dignis premiis refundantur, eidem Haffoni et suis heredibus damus et solempni donacione donamus per presentes proprietatem super duodecim choros siliginis et brafei, sitos in molendino ciuitatis nostre dramborch, quos idem Haffo, sui heredes et patui hactenus a nobis habebant in pheudum; nec non super VIII

choros eiusdem frumenti, videlicet siliginis, brafei, ibidem sitos in molendinis, quos consules dicte ciuitatis nostre a nobis huc usque possederunt, in antea perpetuis temporibus pacifice et quiete iusto perpetuitatis titulo possidendos. Poterint quoque memorati, Hasso et sui heredes, predictorum XX chororum (proprietaem) pariter uel diuisim dare seu vendere locis uel personis spiritualibus ac secularibus, prout ipsis melius ac conuenicius videbitur expedire, quibus locis uel personis litteras nostras dare debemus, si necesse fuerit, et ad hoc erimus inquisiti. Renunciantes etc. In cuius etc. Testes Vlricus comes de Lindow, Lochen, Hasso de Vchtenhagen, Ostb, Hen. de Vchtenhagen, Petrus de Bredow, milites, Eggerth Wulff, Hans de Wedel, cum ceteris. Datum Vkermunde, Anno domini M° CCC° L°, Sabbato ante Johannis Baptiste.

Aus Sachwiz'scher Abschrift.

XLIV. Markgraf Ludwig verleiht denen von Günthersberg die ihm durch den Tod Otto's von Liebenow heimgefallenen Besitzungen, am 28. September 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. strenuis viris Gunthero et wachardo de gunterfberg ipsorumque etc. in reuisionem fidelium seruiciorum suorum, nobis hactenus exhibitum et in perpetuum fidelius exhibendorum et ad usum seu utilitatem ipsorum, strenuis viris Gunthero, militi, Hen. et Jacobo de gunterfberg contulimus et presentibus conferimus deuolucionem quarte partis honorum in villis leuenow, Crafsenick, Kochin et bonorum monete in kunigelberg situatorum ad nos per decessum Ottonis de Leuenow, quondam nostri fidelis dilecti, deuolutorum, cum singulis et vniuersis ipsorum pertinenciis ex debito uel ex iure ad premissa bona pertinentibus, sub modis, formis, iuribus, commodis, usufructibus, graciis et honoribus, quibus prenotatus Otto premissa bona cum suis pertinenciis, ut premittitur, de iure tenuerat, in antea debito pfeudali titulo a nobis quiete et pacifice perpetuis temporibus possidenda. Debebunt tamen premissa bona, non obstantibus habitacionibus seu pertinenciis diuersis premissorum inter se habitantibus seu dum per puerilem pretactorum de gunterfbergh vacauerint ad alium de iure immediate succedentem deriuari debito deuolucionis titulo seu deuolui. Et prenotati de gunterfberg in premissis pfeudo pueriles debebunt pro eodem seruicio dextrali nobis et heredibus nostris quociescunque necesse fuerit faciendo, VIII frusta sine precaria annuorum reddituum de premissis bonis liberaliter obtinere et sine inquietacione qualibet obtinere seu possidere. In cuius etc. Testes Lindow, Lochen, Hufener, Hele etc. Datum (Noua) Berlin, Anno M° CCC° L°, feria quarta ante Michabelis.

Aus Sachwiz'scher Abschrift.